



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Petrus Exorcista. Gandavi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

## P E T R V S E X O R C I S T A .

*Gandavi.*

**C**Vm sancto Marcellino Presbytero Romæ passus est per Serenum sub Diocletiano circa annum Domini ducentesimo nonagesimo, in Canone Missæ eorum fit mentio, atque in eorundem honorem Basilica Romæ à Constantino Magno constructa est, in qua Helena mater eius condita, est & titulus eorum Cardinalitius per Gregorium Papam institutus. Eorum Reliquiæ per Eynardum Caroli Magni Cancellarium Abbatem Gandensem Roma Gandauum magna ex parte aduectæ sunt. Vide Gazæum in historia Ecclesiastica Belgij.

## Q V I R I N V S

E R E M I T A .

*Iuxta Brugas.*

**ii. Octo.** **M**emoratur à Gazæo in sanctis Dicecesios Bruganæ, & vixisse dicitur in omni sanctitate iuxta vicum D'Oltreloo, vt ex Legendis eius loci & Epitaphio quod istic habet, constat quod tale est:

Hic iacet **Q**VERELINVS Anachoreta, qui duodecim annis in hac Insula nostri loci conuersatus est. Obiit anno Domini M. LX. vndecimo die Octobris.

REY.